



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Rev. P. Francisci Josephi à Rodt Capuccini Anterioris  
Austriæ Provinciæ. Opus ...**

Planctvs Ecclesiæ Et Animæ - Super Caput Primum Lamentationum  
Jeremiæ Prophetæ. Allegorice, Et Moraliter Expositus, & Distributus In  
Discursus LII. Concionatorios Quadragesimales ... ; Scilicet Liber Vitæ, Et  
Excessvs Amoris ...

**Rodt, Franz Joseph von**

**Campoduni, 1680**

Discursus VII. Luget, quòd tam pauci per viam virtutis ad perfectionem  
ascendant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52659](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52659)



## DISCURSUS VII.

Daleth.

Viae Sion lugent, eò quòd non sint, qui  
veniant ad solemnitatem Thren. I. v. 4.

### DE ECCLESIA.

*Luget, quòd inter omnes Christianorum status  
tam pauci sint, qui per viam virtutum ad  
sanctitatis solemnitatem veniant.*

I.  
Matt. c.  
22. v. 2.

Ecclesia  
est regnū  
cælorum.

Glossa  
Interl.

R Egnum cælorum simile fa-  
ctū est homini Regi, qui se-  
cit nuptias filio suo. testa-  
tur Veritas æterna; Et  
illequidē misit servos suos vo-  
care invitatos ad nuptias, hi ta-  
men, licet iteratō vocati, neg-  
lexerunt venire, ad sua quique  
commercialia distracti: inter  
quos aliqui magis temerarij, &  
ingrati, tenuerunt servos ejus,  
& contumelij affectos occi-  
derunt. Regnum cælorum,  
præsens Ecclesia dicitur, teste glos-  
sa Interlineari, cui Pater æter-  
nus festivam instituit solemniti-  
atem, dum per incarnationis my-  
sterium Ecclesiam Filio copulavit.  
Ad hanc solemnitatem Deus  
non tam populum Judaicum

per Prophetas prænuntios In-  
carnationis, quām gentes per  
Apostolos suos & Evangelicos  
Prædicatores vocavit. Major Nuptia  
Judaorum pars non tantum ad cum Chri-  
so per In-  
carnationem  
favit, sed etiam servos ad se nem.  
missos malè exceperit, & vulne-  
ravit, nec melius servi, & de-  
legati Concionatores à genti-  
bus excepti, quæ sanguineis  
persecutionum procellis adi-  
tum Ecclesiæ penitus præclude-  
dere videbantur, licet ex mira  
divinae providentiæ dispositio-  
ne ex ipso copioso Martyrum  
sanguine, exitus viarum largius  
fuerint aperti inducendis gen-  
tium populis, qui demum in  
tanta confluxere copiâ, ut im-  
pletæ

pletæ fuerint nuptiæ discum-  
bentium , & quemadmodum  
in principio , viæ Sion , & mi-  
litans Ecclesia lugere , eò quod  
Isaie c.  
60. v. 4.  
& 5.

non essent , qui venirent ad so-  
lemnitatem , ita demum vide-  
batur exultare , dum filios suos ,  
& de longè venire , & de late-  
re surgere turmatim , conspe-

Virtutes  
sunt viæ  
ad cœlum

xix: adeoque viæ Sion gaudent ,  
quod tanta filiorum copia ve-  
niat ad solemnitatem . Verum  
quidem est , quod multi ad Ec-  
clesiæ sinum veniant , quod  
multi undique inveniantur Via-  
tores Christiani , sed non am-  
bulant per vias Sion ad sole-  
nitatem ; Per has vias intelligit

Cornelius hic.

Cornelius virtutes : Hæ lugent ,  
quia ab hominibus desertæ , & neg-  
lectæ sunt . Ut verè illis Isaie  
verbis uti possit Ecclesia : Mul-  
tiplicasti gentem , non magnificasti  
letitiam , quia summopere multi-  
plicato Christianorum nume-  
ro , paucissimi tamen ex omni-  
bus Ecclesiæ statibus sunt , qui  
cum Zelo , & ardentí perfectio-  
nis studio per vias virtutum ad  
solemnitatem sanctæ vitæ pro-  
perent , eamque attingant .

H. Multos invenimus urbiū & po-  
pulorū institutores ; Mercurius  
Trismegistus instituit Ægypti-  
cos , Feroneus Græcos , Lycar-  
gus Lacedemonios , Solon A-  
thenienses , Numa Pompilius  
Rōmanos , hi omnes , viros vel  
fortes , vel sapientes & doctos

fundare intendebant . Funda-  
vit & suam Christus rempubli-  
cam & Regnum , militantem  
scilicet Ecclesiam , in hac cives  
& fideles suos , non doctos ,  
non nobiles , non divites , non  
sapientes , non facundos &  
Philosophos , sed sanctos

fieri instituit , eosque per vias

Sion ad solemnitatem venire  
desiderat . Unde benè adver-  
tendum , quod cum Christo Ec-  
clesia non luget , eò quod non  
sint , qui veniant , sed quod non  
veniant ad solemnitatem . Et

quidem , teste glossa ordinariâ ,  
solemnitas ejus , est vitæ cœlestis inti-  
ma contéplatio , sed nō sunt , qui veni-

Glossa  
Ordin.

ant ad solemnitatē affectus , sēq; ple-  
no affectu ad virtutes & perfe-  
ctiōes sanctitatis applicēt : Hinc

in tanta à Christo institutâ sole-  
nitate , sola videtur federe Ec-  
clesia , propter paucitatem bonorum  
(glossatur Hugo) licet plena  
populo , propter multitudinem ma-  
lorum . Hoc ergo est , quod in  
præsenti deplorat Ecclesia ,  
quod in tanta multitudine filio-  
rum tam pauci reperiantur ex  
omnibus statibus , qui ad sole-  
nitatem sancti affectus , & vitæ  
perfectæ accedant .

In primitiva Ecclesia magno III.  
cum ardore viam virtutis tere-  
bant Christiani , exultantes in-  
star gigantum ad currēdām  
viam perfectionis . Erat tunc  
plena populo sancto Ecclesia ,  
H. 2 flore

florebat sanctorum Episcoporum abundantia, redundabat fragrantia beatorum Confessorum, & Virginum, innatabat sanctorum Martyrum secundo sanguini, at modò via Sion lugent raritatem sanctorum in Ecclesia.

Nam (ut præterea magnum hæreticorum numerum, qui magnas & vastas possident regiones & regna, nullamque veram, ac supernaturalem tenent virtutem, sed aliquas tantum naturales politico colore, & splendore deauratas, etiam modo in vera & sancta Ecclesia deplorat, quod non sit justus, & diligens Deum, non quidem quod absolutè nullus omnino sit, sed rarus, respectu temporis primitivi.

Nec ideò cessat Ecclesia Catholica Romana esse sancta, quæ à suis incunabulis in hunc usq; diem non solum habuit doctrinam sanctam, & efficacem, sed etiam doctores sanctos, & viros signorum gloriae clarissimos, uti per omnia successivè saecula accuratissime probare ac tales fidèles & sanctitate, & miraculis post obitum, & etiamnum hodie in vita glorios nominare licet, cùm è contra apud sectarios, sicut eorum doctrina non ab Apostolicis, & sanctæ, sed lascivæ, & disolutæ virtute auctoribus coepit,

*Apud se-  
ctarios  
multos.*

ita nulla etiamnum sanctitas reperiri potest; licet ergo deploret Ecclesia nostra Catholica, quod in ea plurimi sint mali, hec tamen adhuc apud sectarios est differentia, quod ex illis nullus omnino bonus, & sanctus. Non ergo omnem omnino absolutè sanctorum defectum deplorat Ecclesia, sed raritatem, unde cum Michæa exclamat: *Vie misericordia facta sum, sicut que colligit in autumno racemos vindimiae, non sunt botrys ad comedendum, &c.* Deplorat enim Propheta (ait Cornelius aut potius Spiritus sanctus) ac in proposito nostro S. Mater Ecclesia) raritatem virorum proborum, eamque suam estimat miseriam.

Licet autem etiamnum moderno tempore viros probos, ac sanctos reperiuntur, hitamen antiquis illis, ac magnis Dei servis comparari nequeunt, hoc modernus, quamvis verè sanctus Thomas de Villa nova *Cou. de humiliter deplorat his verbis: s. Nicol.* Ut martyres omittamus, ubi nunc unus Nicolaus? unus Augustinus? unus Hieronymus, vel Ambrosius, quem populo Dei videndum obducimus? iam non est sanctus, iam non *santitas* Propheta, iam nos non cognoscet am- modernus, plus. Quomodo namque cognoscet massa in gregem deformem, nihil penitus pulchritudinis, aut varietatis habentem? Hodie si quis non furatur, si quis non adulteratur, si quis non per- petrator

*Vtimum templum mirabatur. Ebd. l. i. c. 3. v. 12.*

petrator est criminam, sanctus habetur. Illos optimos reputamus, quos olim velut tepidos evomeret accurata perfectio. Exilem, atque tenuem virtutum fabricam hodie magnificant, qui tempilla illa Spiritus sancti splendida non neverunt. Sic enim etiam in adificatione templi contigit, ut laetantibus junioribus, qui amplissimum Salomonis templum Qui prius non viderant, qui viderant senes, la- Salomonis non vide- rant.

*Num. c. 12. v. 34.*

qui amplissimum Salomonis templum mentarentur, quia fabricae antiquae dissimiliu nova surgebat, & quasi probabilo videbatur ad illam.

Observat idem sanctus, quod populo, terrae promissionis appropinquate, Moyses exploratores miserit, qui mira retulerunt de terrae illius potentibus incolis. Vidi monstra quedam filiorum Enac, de genere giganteo, quibus comparati, quasi locustae videbamus. Versamur hic quasi peregrini & exules in deserto hujus saeculi, anhelantes ad supernam illam promissionis terram, ad quam, tanquam exploratores, predicatores per contemplationem debent procedere, & supernorum illorum civium gloriam, ac sanctitatem nobis nunciare. Qui ergo (affirmat prefatus antistes Valentinus) ascenderit, & mera sanctorum, qui ibi morantur, vobis narraverit quid aliud potest dicere, nisi, vidimus monstra quedam bonitatis, & sanctitatis, gigantes potentissimos opere & sermone. Quibus comparatis nos,

qui aliquid esse videmur in populo, quasi locustae videbamus. Compara Antiquis doctores, predicatorum nostri temporis, s. natus ad S. Augustinum, Hieronymum, comparatio Ambrosium, quid sunt nisi locustae isti. Compara Religiosos ad S. Benedictum, Franciscum, Bernardum, Dominicum, quid sunt nisi locustae?

Et tamen nos locustae, nos magnos subinde reputamus, ac *Loc. Ps. sumus.* sanctorum fundatorum ac Patriarcharum amulos, dum in eorum vestigia regendis eorum familiis succedimus, cum tamē (pro dolor) tales simus, quos olim tepidos, evomeret accurata perfectio, ac stricta fundatoris observantia Regularis.

Si modò de Religiosis & Ecclesiasticis ad populum transfas, eadem nobis apparebit impropositio, uti ulterius memoratus sanctus Villanova observat, Compara Christianum populum ad illum populum, locustae videbuntur. Unde auditæ eorum magnitudine meritò populus turbatur, & confunditur; meritò igitur luget Ecclesia, & via Sion lugent, eo quod non sint, qui veniant ad solemnitatem affectus, & plenæ sanctitatis.

Et planè si per omnes Ecclesiæ status discurramus, inveniemus, quod declinat, jam dies ad advesperas cit, ac rariores sint, qui viam Sion & Sanctitatis cum fervore spiritus terant. Et siquidem cum Jeremia à sancta

v.

Etua-

H 3

Thom.  
Vtr. Con  
Ecc. S.  
Iohn Bapt

Thren. c Etuario incipiamus, invenie- deplorat Sacerdotes suos ge-  
l. v. 4. mus, ut plurimum, Sacerdotes mentes?

Gemitus ejus gementes, per quos non tam presbyteros Clericos, quā decet Sa- nos Religiosos, & ipsos etiam cerdotes. antistites & Prælatos intellige-re licet. Sed nunquid lugere & non potius gaudere debet Ecclesia, quod Sacerdotes suos inveniat gementes? Quid enim magis nobis sacerdotibus & Religiosis, quam, gemitus & fletus convenit? quibus fletus

Ioél c. 2. præscribitur per Joëlem: Inter vestibulum & altare plorabunt SA- cerdotes Ministri Domini, & dicent: Parce Domine, parce populo tuo. Si unquam flendi tempus nobis fuit, planè modò est in tantis Ecclesiæ & patriæ angustiis, & afflictionibus, in quibus Sacer-dotes (uti bene notat Interli- nearis) debent ftere cum flentibus, & alios ad fletum movere. Affir-mat etiam Baronius tantam o-lim lacrymarum abundantiam inter SS. Missæ Sacrificium effudisse Sacerdotes, ut iis abstergen-dis linteolum sinistro brachio appendere solerent, in cuius lo-eum hodieque Sacerdotes Ma-nipulum (uti vocant) portent, quem lævo brachio applican-tibus hæc verba recitanda præ-scribuntur: Merear Domine por-tare manipulum fletus, & Dolo-ris, &c. Si igitur planctus & ge-mitus Sacerdotem decent, qua-re modo Ecclesia per Jeremiā

Golffia  
Interl.

Manipu-  
lus quid  
significet?

Ponderosè ad hoc respondet S. Bonav. Doctor meus Seraphicus, fletū hic. hunc & gemitum Ecclesiæ gra-vem ac molestum, intelligen-

dum esse Allegorice: dum non jam Ecclesiæ pro peccatis, sed gemunt præ magni-tudine curarum, & inquietatione divitiarum, que sunt Ispinae pungen-tes. & gemitum provocantes, de quibus bene illud patientis Pro-

phetæ intelligi possit, Gigantes lob. c. 26. qui quasi gigantes orbem por-tare, & mundum vitiis aggra-vatum, ne rueret, vindicante ira divinâ, sustentare suis pre-cibus, & gemitibus deberent, Sub aqua ipsimet aquis curarum tempo-divitiae-ralium oppressi gemunt, ac su-rion.

cumbunt, Petrus non sic ( addit Seraphicus ) sed super aquas am-bulavit, opem omnipotentis sui Magistri in hunc finem implora-

rans: Domine si tues: ubi me ad te Math. c. 1 venire super aquas: nam vir Reli-giosus, & Deo dicatus non se

mergit aquis, sed calcat aquas, id est, divitias temporales, ait Hugo. Hugo Card. hic

Sed periculose valde est, & singularis miraculi privilegiis, ita super has aquas ambulare, ut subinde in iis non mergantur, quare talis cum Petro clama-ter, necesse est: Domine salvum S. Antoni me fac. Notat Seraph. noster Pad. in ex-Ullisponensis, quod in creatio-positione mundi Spiritus Domini fe-myistica-reba.

## Discursus VII.

63

ebatur super aquas, quod mysticè sic ad nostrum propositum exponit: *Sp. r. us, id est, anima, quæ*

*Sp. ritum amoris jam concepit, scriitur super aquas, id est, super temporalia.*

*Divitiae Ecclesiæ sancti aemmer- gii*  
Hæ aquæ non affluebant primitivæ Ecclesiæ, quæ apparebat arida, inanis & vacua per paupertatem, sed à Constantino magno ad fidem converso magnis redditibus, ac dominiis docta Ecclesiæ, affluere cœperunt divitiae, & pinguescere beneficia, & Prælaturæ, sub quo-

*Deut. c. 32. v. 15.* rum pondere gemere cœperunt gigantes, & quasi sub aquis mergi cœpit spiritus ferventis amoris, incrassatus scilicet & impinguatus per superabundantiam honorum temporalium, ubi ulterius testatur glossa moralis ex Magistro Henrico de Gandavo: *Quando Constantinus dedit Ecclesia bona temporalia, vox fertur auditæ fuisse: Ho-*

*Idem re- fert Hugo interem. c. 9. v. 11. & Gen. 20 v. 16.* die cecidit venenum in Ecclesia Dei, quo scilicet sanctitatis radix infecta, Spiritum amoris refrigeravit, & in aquis passim superabundantium honorum temporalium submersit, ut magna ex parte Gigantes gementes sub aquis: Sacerdotes ejus gementes!

*VI.* Si modò a statu Clericorum, & Religiosorum, ac Præsulum progrediamur in Ecclesia Dei ad statum sacerdotalium, non minus vias Sion virtutum lugentes depræhendemus, eò quod

non sint, qui veniant ad solemnitatem, & pro adventu Sponsi sanctitatis decore se exornent.

Ac imprimis occurunt Virginess Bonav. ejus squalidae, vel (uti Bona-

ventura glossatur) inculta. Non Thren. c. videtur moderno tempore Ec. l. v. 4. clesia conquerendi causam habere super Virgines squalidas & incultas, si unquam mundus muliebris, moderno planè tempore observatur à virginibus.

Æmulantur pompam & luxum, si non superant, Romanæ juventutis, confundunt vestium apparatu filias Sion inclytas, student luxui, & ad inventionibus novitatum, auro & argento, purpurâ, & bysso procedunt circumornatae, ut similitudo templi; Psal. 143. quid ergo squalidas, quid incultas virgines suas deplorat Ecclesia?

Lyrano virgines squalidae dicuntur deformatæ ex fame & labore. Sed neque de hoc quærela Ecclesiæ est de virginibus modernis, non enim virgines nobiles, & potentes jejuniis formatae macilentos, aut pallidos gerunt ex fame vultus, cerussâ potius eos depicturæ. Multò minus squalidae & exhaustæ sunt laboribus, fusum erubescunt appræhendere manus earum, acum vix, nisi subinde ad pingendum, attingunt, imò discriminandis Aut la- crinibus, & ad legem capillis bore ordinandis ita speculo judice occu-

occupatae sint, ut nec brachiis, unicus Sebastianus, Georgius, *vbi mil-*  
nec collo, nec pectori tegendo aut Martinus, qui dimidiata cum *tes?*  
*Sed nudis in ho-* tempus ipsis suppetat, seminudo pectori in publicum proce- mendico chlamydem partiatur,  
*nibus statu-* dentes, discalceatarum utique & non potius indusum cum  
reformationem etiam facile su- pelle pauperculo detrahatur? Ubi *vbi rusti-*  
scepturæ, modò inveniretur, simplices & sancti Isidori, rusti. *ci!*  
qua nudipes reformationi ini- ci? qui sorte sua contenti, do-  
tium facere attentaret, nec er- minis suis obediant, tanquam  
go labore, nec fame squalida potestati à Deo data? Ubi Re- *vbi Reges-*  
sunt virgines, & matronæ mo- gies sancti, ubi Ludovici, Ca-  
dernæ, etiam ad solemnitates, roli conquirendæ tantum terræ  
& chorearum frequentiani pro- sanctæ, & fundendo immanum  
perare non derectant, sed hoc Saracenorum sanguini, inten- *Mich. c. 3*  
de illis conqueritur, & plangit ti? Ubi Juones, & Iudices pu-  
Ecclesia, quod interior illis de- pillorum & viduarum causis  
sit ornatus virtutum, & exter- devoti? Via Sion lugent, eò  
na compostio honestatis, & quod non veniant per viam Si- quod non sint! Pergit planè san- *7. v. 2.*  
on, id est virtutum ad nuptias ctus de terra, & rectus in hominibus *non est.* Exemplificat Michæas  
agni, sed totæ vanitatibus in- propositionem suam; Omnes in *vbi Prin-*  
tentæ Babyloniam sapient pro- sanguinem insidianter; vir. fratrem cipes  
stitutionem quantum exorna- suum. ad mortem venatur; malum.  
ta foris mundo muliebri, tan- manuum: suarum: dicunt bonum.  
*Baruch c. 6. v. 20.* tum squalidæ intus à sumo con- Princeps postulat, exactiones, glos- *Lyranus.*  
cupiscentiæ, qui in domo fit. satur moralis, & iterum Lyra- *hic.*  
Et siquidem de statu in sta- *Adhuc pleniùs explicat Cornelius:*  
tum progrediamur in Ecclesia, *Princeps postulat à Judice sibi* *Vbi Iudi-*  
experiemur undique, quod via *adjudicari iniqua tributa, bona, vel* *ces?*  
Sion, viæ virtutum (eò quod *vitam innocentium, similem ve rem,*  
non sint, qui veniant ad sole- *impiam, & injustam.* Et quid  
nitatem,) lugeamus. Si sub- *Judex?* In reddendo est, ait Pro-  
intremus aulas principum, ubi *pheta, versio hebræa legit: Ju-* *Nereos & Achilleos, ubi Joan-* *Cornelius* *dex pro retributione: scilicet judicat, hic.*  
*nes & Paulos aulicam vitam:* *annectit Cornelius.* Verbo  
sanctitati copulantes reperie- *concludit Propheta: Quis optimus?* Numerabat olim Eccle- *mus in eius est, quasi paliurus, & qui*  
sia Legiones integras sancto- *rectus, quasi spina de sepe.* Idem  
rum militum, sed ubi nunc sentire videtur de mortalium  
licene-

## VII.

*vbi sancti*  
*Aulici?* Et siquidem de statu in sta- *Adhuc pleniùs explicat Cornelius:*  
tum progrediamur in Ecclesia, *Princeps postulat à Judice sibi* *Vbi Iudi-*  
experiemur undique, quod via *adjudicari iniqua tributa, bona, vel* *ces?*  
Sion, viæ virtutum (eò quod *vitam innocentium, similem ve rem,*  
non sint, qui veniant ad sole- *impiam, & injustam.* Et quid  
nitatem,) lugeamus. Si sub- *Judex?* In reddendo est, ait Pro-  
intremus aulas principum, ubi *pheta, versio hebræa legit: Ju-* *Nereos & Achilleos, ubi Joan-* *Cornelius* *dex pro retributione: scilicet judicat, hic.*  
*nes & Paulos aulicam vitam:* *annectit Cornelius.* Verbo  
sanctitati copulantes reperie- *concludit Propheta: Quis optimus?* Numerabat olim Eccle- *mus in eius est, quasi paliurus, & qui*  
sia Legiones integras sancto- *rectus, quasi spina de sepe.* Idem  
rum militum, sed ubi nunc sentire videtur de mortalium  
licene-

## Discursus VII.

65

Psal. 13. ¶ licentiosa vita regius psaltæ: Omnes declinaverunt, simul inuitiles facti sunt, non est, qui faciat bonum, non est usque ad unum. Quem Psal- mistæ planetum etiamnum in Ecclesia Dei perseverare affir- mat devotus noster Franc. Ti- telmanus: Tanta est enim ( ait ) malorum copia, ut vix ullus videa- tur numerus iustorum, si cum illorum conseratur immensa multitudine. Et ex ipsis, qui bonum facere viden- tur, vix unus est, qui solum, ac semper faciat, quod bonum est: qui non fre- quenter admodum declinet ad ma- lum, qui non subinde agat aliquid, quod sit minus rectum, quandoqui- dem in multis offendimus omnes. Et siquidem paucitatem bonorum à malorum multitudine separe- mus, non aliter comparebunt illi, quomodo si paucæ olive, que re- manserunt, excutiantur ex olea, & racemi cùm fuerit finita vindemia. Eädem: fermè Isaiae metaphorâ utitur Micheas citato capite: Va- mihi! quia factus sum, sicut qui col- ligit in autumno racemos vindemia; non est boirus ad comedendum.

VIII. Merito indignatur Deus, & justè commovet, dum in Ec- clesiæ vinea experitur diabolo vindemiam tribui, utpote qui uvas omnes colligat, ideoque plena habeat torcularia uvis & vino, sibi vero tantummodo ascribi racemationem, ( ut ita cum Cornelio loquar ) utpote qui paucos à diabolo relictos, quia ejus oculos, manusque fu-

P. Franc. Iosephi Op. IV.

gerunt, colligat. Maxima e-  
nim pars hominum diabolo ser-  
vit, ejusque fit esca & præda,  
exigua verò cedit Christo; mul-  
ti enim sunt vocati, pauci verò electi. Christus  
Diabolo ergo cedunt illi mag-  
ni botri, & plurimi, ut vinde-  
miatori, Christo, non nisi reli-  
quia, pauci & pauperculi, si-  
c ut Racematori; quasi dicat,  
Christo nō superest botr<sup>2</sup>, & vix  
pauculi acini, & granula pauca,  
quæ botri nomen nō merentur;  
botri enim illi magni, & pin-  
gues, vulpium partes facti sunt.  
Et sic inimici eius locupletati sunt. Thren. 10.  
Quocircabene advertit memo-  
ratus Expositor, quod Doctor,  
& Concionator si post multos  
docendi, & concionandi annos  
& labores, paucos convertat,  
non miretur, non enim melior  
est Michæa, non Christo. Sor-  
te ergo illorum contentus sit,  
& à Deo plenam, imò plenio-  
rem expectet mercedem; Deus  
enim non fructum, sed labo-  
rem remunerat, qui sine fructu  
major, & molestior est, ca-  
que ratione majus præmium  
meretur.

Interim tamen amarè plan-  
gere & plorare non cessat meri-  
tò afflita, & quasi vidua Ma-  
ter Ecclesia, & viæ virtutum  
desolatæ cum ea lugent, dum  
non sunt, vel saltem pauci sunt,  
qui veniant ad solemnitatem.  
Age ergo, & Anima, revertere  
à viis tuis pessimis! Quid tibi vis, 2. v. 18. Jerem. 6.

I in via

*in via Agypti, ut bibas aquam turbidam? Ingredere vias Sion, viam virtutis, & sanctitatis, viae enim ejus pulchra: Exulta & ut gigas ad hanc currendam viam, festina ad solemnitatem celestis Jerusalem, respice Sion v. 10.*

civitatem solemnitatis nostræ, ad eam curre per viam virtutum, & sanctitatis, digna enim est, pro qua curramus & laboremus, in ea post modicos labores magnam & æternam inventuri requiem, Amen.



## DISCURSUS VIII.

Daleth

Omnis portæ ejus destructæ, Sacerdotes ejus gementes, virgines ejus squalidæ, & ipsa oppressa amaritudine. v. 4.

### DE ANIMA.

*Intrant per portas sensuum externorum inimici, qui Animam devastant, & squalore replent.*

*C*Astrum, seu fortalitium, quod ad conspectum vicini hostis situm est, vel actualiter hostili obsidione cinctum, cautè custodiendum, maximè autem observanda, & claudenda de nocte portæ, quibus reclusis, aut dejectis, facile in potestatem hostis castrum deve-

niet, licet aliàs optimè aggeribus, & muris munitum, & circumdataum. Optimè observat s. Vincentius Archi Prædicator Vincentius: Fer. secundum Corpus, ad instar Castri, consistit in medio inimicorum, in quo Deus mittit spiritum, tanquam militem, ad custodiendum, ne per portas sensuum corporalium intrent inimici. Nam hisce effractis portis, facile intrat